

aliquod, in Deo nullo modo esse posset: (4) tum certè non omnis in se possibilis volendi actus à Deo exerceri posset: (5) eoq; Deus hac in parte verè impotens esset. Quod absit.

*in se possibilis Deo: ut nimirum Deus ita dicat, Vellem hoc vel illud fieri, si possem efficere ut fieret. Hic volendi actus non est Deo possibilis: quia pugnat cum natura ejus omnipotente. In homine quidem actus ille volendi possibilis est: quia convenit natura ejus impotenti, vel certè non omnipotenti. 5) Istius quoq; connexi consequentiam nego. Non enim arguit aliquam in Deo impotentiam, quòd non potest velle eo modo qui adversatur ipsius omnipotentia: sicut eandem non arguit, quòd non potest mentiri & negare se ipsum: quia hac adversantur ipsius natura veraci.*

2. Objectio tua, quæ & suprà non semel à me (6) refutata fuit, hoc potissimum vitio laborat, quòd neque inter potentiam Dei absolutam, & actualem; neque inter voluntatem ejus simplicem, & (7) conditionatam; item effectivam, & permissivam &c. ullum discrimen statuit. Ex qua confusione, mirum non est, (8) si asylogistia multiplex emergat. Sanè (9) si efficaciter simul & absolutè vellet Deus, ut sua præcepta necessariò ab omnibus servarentur; neque ulla ab ipso posita esset (10) conditio merè contingens, quæ (11) aliquatenus gratiæ, ac potentiæ ipsius actuali (12) obstaret: utique efficeret Deus, quod sic fieri vellet, & facere posset. At secus se res habet, ubi agitur de voluntate (13) inabsoluta, & proinde aliquando inefficaci; de quæ potentia actuali, ad certam hypothesein divinitus (14) adstricta: prout in nostro hoc casu fieri, ex ipso Dei verbo non semel antè (15) demonstravi. Esa. I. & 5. & 65. Ezech. 12. & 18. & 33. Matth. 23. Actor. 7. & 13. &c.

*illa servare velint. At ubi verbum Dei de tali voluntate Dei testatur? 11) Cautela Vorstiana. 12) Quasi verò fieri possit ut quicquam obstet gratiæ & potentiæ Dei actuali? Scilicet voluntas hominis voluntate Dei potentior est? 13) Falsa hypothesis. 14) Quid autem ista trica sibi volunt? 15, 16) Judicet lector.*

3. Deum porrò non omnia, quæcunq; decrevit, simpliciter olim decrevisse: hoc est, non omnia omnino futura, per absolutum, & efficax decretum, ad unam oppositorum partem ab æterno prædeterminasse, (sic enim illud intelligi debet) sæpe quoque à me superiùs (16) ostensum fuit. Si enim aliter esset, tum sanè omnia, quæcunque in mundo fiunt, inevitabili quadam ac præcisa necessitate (17) fierent: (18) eoq; nulla actionum nostrarum vera contingentia, immò nulla creati arbitrii libertas esset: & (19) porrò nec virtuti, nec vitio, nec præmiis, nec pœnis (justis quidem, & rationabilibus) ullus inter homines locus superesset: denique (20) omne & religionis, & justitiæ studium, planè frustraneum foret: immò, quod omnium pessimum est, (21) Deus ipse non modò hypocriseos, & tyrannidis, verè reus agi posset; sed & (22) omnium peccatorum verus, proprius & unicus, auctor re ipsa fieret &c. Quæ omnia

bb 3

*effectum ratione proximæ causæ contingens: ratione autem remotæ causæ necessariū appelleretur. 19, 20, 21, 22) Omnia ista absurda consequuntur non ex mea illa assertione: sed ex consequente falso, quod tu falso ex illa hypothesis deduxisti. Atq; ita fit ut uno absurdo dato, cætera eveniant.*

4) *Nego consequentiam istius connexi: quia nititur falsâ hypothesis: quasi scilicet vellei as sit actus volendi*

6) *Judicet lector.*

7) *Falsa hypothesis.*

8) *Sed cur asylogistiam illam non ostendis?*

9) *Falsa hypothesis: quasi Deus aliquid velit non efficaciter, nec absolutè.*

10) *At quæ est illa conditio? Sanè si constare sibi debeat instituta antihesis, illa referetur ad voluntatem Dei, hoc modo: Volo quidem ut præcepta mea ab omnibus serventur: sed non volo absolutè, verum cū hac conditione, si omnes*

17) *Hic pro absurdo habes quod revera absurdum nõ est. Et sanè tu ipse hoc pro absurdo nõ habuisti, quum in tractatu tuo de Deo pag. 262 scripsisti, Statuere nos debere, respectu primæ causæ, h. e. divini decreti, NECESSARIO tandem futura esse UNIVERSA.*

18) *Nego consequentiam. Id quod tu ipse quoq; fecisti loco allegato: ubi verbis modò recitatis cõtinenter subjunxisti hæc: Nihil enim impedit quò minus idem*

*19, 20, 21, 22)*